



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Virginum Collegium Ierosolymis sub Institutione Deiparæ, n. 18

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

cularis protectionis praefidia, atque adiuventia ab ea polliceri sibi potissimum posse, ac merito debere.

VIRGINUM COLLEGIUM IEROSOLYMIS sub institutione Deiparae.

18 **A**D vitæ quoque religiosæ exempla, quæ Deipara nobis imitanda reliquit, spectare videtur & illud quod Dionysius Carthusianus in 1. sententia distin. 16. quæst. 2. scriptum reliquit de Virginum Collegio, quæ Ierosolymis sub peculiari Deiparæ institutione debebant. Is enim cum de sapientia, & scientia Deiparæ ageret, quibus dum adhuc inter mortales degeret, plurimos instruxit, de eadem hæc subiicit: *Quotidie quoque, seu tempore opportuno edocuit felicissimum illud Collegium centum viginti virginum, eius obsequio, atque regimini deputatarum.* sic ille. Sanè hoc, quod Carthusianus absque ulla hæsitacione profert, primo aspectu mihi visum est magis piè, quàm solè dictum; cum verò semiptam attentius animo versarem, rem admodum verisimilem existimavi: tria enim illa consilia Evangelica Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ, quibus religionis status constat, statim ac Spiritus sanctus in Apostolos, reliquosque discipulos in cœnaculo montis Sion congregatos descendit, in mores induci, atque exerceri cœperunt, quod perspicue apparet in Paupertate, seu spontanea bonarum abdicatione, quæ propter humanæ vitæ conuictum non exiguam secum affert difficultatem, & tamen, ut videre est in actis Apostolorum cap. 4. nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. & infra: *Quotquot inquit, possessores agrorum, aut domorum erant, vendentes asserebant pretia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum;* quod magna cum laude fecisse ibidem narratur S. Barnabas. hoc autem non ex præcepto, sed ex consilio factitatum docet Bellarminus controu. 2. lib. 2. cap. 5. siquidem S. Petrus Ananiæ dixisse scribitur: *Anania, inquit, cur tentauit Satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto, & fraudare de pretio agris non ne manentibus manebat, & venundatum in tua erat potestate?* Quare Hieronym. epist. 8. de Ana-

Post Aduentum spiritus sancti cultus paupertatis castitatis obedientia cepit exerceri.

Act. 4.

S. Barnabas Apost. Bellarm.

Act. 5. Hieron.

nia, & Saphira: *Idèò, inquit, condemnati, quia post votum obtulerunt quasi sua, & non eius, cui semel ea vouerant, pariterque sibi iam aliena substantia reseruauerunt.* sic ille. Nam & Apostoli ipsi, qui primitias spiritus habuerant, religiosum vitæ institutum eis, qui perfectius viuere volebant, non solum instituerunt; sed etiam ipsi complexi sunt, & voto se ad eam perfectionem obligarunt, ut docet Augustinus lib. 17. de Ciuitate Dei cap. 4. Id quod nos fufius supra hoc eodem capite ostendimus uerba Augustini sunt: *Dixerant Potentes isti, hoc est Apostoli: Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Hoc votum potentissimi uouerant.* Et S. Thomas 2. 2. quæst. 88. artic. 4. ad 5. *Apostoli, inquit, intelliguntur uouisse pertinencia ad perfectionis statum, quando Christum uelutiu omnibus sunt secuti.* Idque Bellarminus loco citato ostendit, & Cassianus collat. 18. cap. 5. *Cœnobitarum, inquit, disciplina à tempore Apostolicae predicationis sumpsit exordium.* & lib. 2. cap. 5. *Pauci, inquit, in primordijs fidei, sed probatissimi Monachorum nomina conseruantur, qui Alexandria à B. Marco normam suscipere uenerunt, &c.* Dionysius uerò Areopagita cap. 10. Eccles. Hierarch. Monachos Therapentis, id est, cultores ab Apostolis appellatos testatur & Philo, ut supra sect. 1. ex Eusebio, Epiphano, & Hieronymo diximus, huiusmodi uirorum, & mulierum etiam Virginum religiosarum separatum à uiris uiuentium habitacula, quæ uocat Monasteria, memorat plurima fuisse per uniuersum orbem, sed præcipue in Ægypto. & S. Hieronymus de uiris illustribus in Philone ait: *Talem primum Christo crediturum fuisse Ecclesiam, quales nunc Monachi nuntantur esse, & cupiunt. Rationem uerò tanti in pietate feruoris, qui in primitiua Ecclesia cernebatur Hieronymus epistol. 8. pulchre refert in Christi sanguinem, qui tunc recens tusus erat. In actis, inquit, Apostolorum, quando Domini nostri adhuc calabat cruor, & feruebat recens in creditibus fides, uendebant omnes possessiones suas, &c.*

19 Quæ cum ita sint, consequens etiam est, complures initio Ecclesiæ uirginitatem Deo consecrare cœpisse, elato præsertim à Deiparæ (cuius uirginitas fidelibus omnibus probe erat cognita) eiusdem uirginitatis vexillo, idque Ierosolymis præcipue, ualde per uniuersum orbem pietas per Apolo-

Rom. 1.

Apost.

Relig.

conu.

uerat.

Luc. 2.

S. Thom.

Luc. 2.

Bellar.

Cassian.

Chry.

Dionys.

Monachi

Therapen-

ta, id est,

Philo,

cultores.

Epiph.

Hieron.

Virgini-

plurimæ

pietas

per Apo-

lo-

Met.

Nico-



*Ysaia 1.*  
*Act. 21.*  
*1. Cor. 7.*  
*S. Thecla.*  
*Ex Nyssen.*  
*Epiphani.*  
*August.*  
*Chrysost.*  
*Metaphr.*  
*S. Pauli.*  
*Apost.*  
*martyrii.*  
*Virgines.*  
*plurimas in.*  
*itate a.*  
*Deipara.*  
*instituta.*  
*Metaphr.*  
*Nicoph.*

stolorum prædicationem propaganda erat, juxta illud Iſaia 2. De Sion exiit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Hinc est, quod Act. 21. legimus Philippi Diaconi quatuor filias virgines, & Prophetissas: alias quoque plurimas continentiam attriuisse existimare licet. quocirca Apostolus Paulus in 1. ad Corinthi. c. 7. Christi consilium de castitate, & virginitate amplectenda promulgabat, & adeo efficaciter persuadebat, ut nihil vereretur hac occasione persecutionem in Christianos manari. quemadmodum in S. Thecla, de qua diximus tract. de Virg. cernere licet, quæ Leonij Thamidri sponso nuncium remisit, auctore S. Paulo, ut testatur Nyſſenus hom. 4. in Cant. & Epiphanius hæc. 78. imò ipse Faustus Manichæus apud Augustinum lib. 30. contra Faustum cap. 4. hoc S. Theclæ factum in Apostolum Paulum rejicit, eaque de causa S. Thecla plurima subiit tormenta, in quibus Dei virtute victrix semper evasit. & Chysoſtomus lib. adversus vituperatores vitæ monasticæ, cui consonat Metaphrastes 29. Iunij, refert S. Paulum à Nerone in vincula conjectum, ac tandem neci datum, quod ejus pellicem quam deperibat, ad fidem Christianam convertisset, eique pudicitiam persuasisset.

Quidni ergo dicemus Evangelicæ prædicationis initio Jerosolymis complures in unum virgines, quæ Christi fidem susceperant, convenisse, ut simul degerent, & Deiparam adhuc in terris superstitem, non tantum ut Dominam, & Domini sui matrem, sed ut motum etiam Magistram, quæ eas informaret, ac dirigeret agnovisse? nam & Apostolorum, & Evangelistarum, fidelumque magistram eam fuisse cap. 19. diximus. Si enim cum adhuc puellola in templo educaretur, ut cap. 17. ostendimus, sollicita erat, ne qua puellarum ex eo contubernio Deum offenderet: quanto magis post Christi Ascensionem eam alias instruxisset existimare debemus, præsertim virgines, quas singulariter diligebat? quod satis præstulit cum ex vita migratura (teste Simeone Metaphraste oratione de vita, & dormitione Deiparæ) duas tunicas, quas toto vitæ tempore habuerat sui corporis tegumentum, dari iussit duabus virginibus, cui consentit Niceph. lib. 15. cap. 24. quicquid dixisset lib. 2. c. 22. ubi viduas appellaverat, additque lib. 15. ubi

nam ex his vestibus à virginibus quasi per manus traditam, ac custoditam, tandem tempore Leonis Primi Imperatoris, annum Domini circiter 560. inventam, & Constantino-polim translata, magnificentissimo extructo templo piè, ac religiose asservari.

20. Quod si in veteri lege complures mulieres ad templum excubabant, ut aperte habetur Exod. 38. 1. Reg. 2. & Luc. 2. Virgines quoque in templo educabantur, quod ex 2. Machab. c. 1. & ex Patribus cap. 8. ostendimus. quid prohibet in lege gratiæ, quando virginitatis consilium à Christo Matth. 19. erat jam promulgatum, in unum locum virgines convenisse sub Deiparæ magisterio? Quod non obscure olim Exod. 15. præfiguratum videtur cum Pharaone, & Egyptijs in mari rubro demersis Maria soror Moyſi Virgo, & Prophetissa tympanum in manu sua stans in mulieribus omnibus cum tympanis, & choris post eam egressis præcinebat dicens: *Cantemus Domino, gloriosa enim magnificatus est, &c.* ita & nunc post Christi Ascensionem dæmonum viribus in mari rubro Passionis Christi attritis, & extinctis virginibus in tympano, per quod Apoc. 14. corporis virginitatem adumbrari c. 32. diximus, Deipara canticum novum præcinit, & sua instructione alijs viam veluti digito indicet.

Hinc est, quod S. Martha, quæ sub Deipara Jerosolymis vidit, ac didicit, postea, ut mox dicemus, instituit, & propagavit in Gallia. & S. Iphigenia, auctore S. Matthæo in Æthiopia in Monasterio plurimarum virginum mater extitit. quin etiam, quod magis admiratione est dignum, cum persecutionis æstus ferueret, hujusmodi Virginum Collegia extitisse, probatissimi Auctores testantur; ut videre est in ijs, quæ in tractatu de Virg. disservimus, verbi gratia S. Basilissa virgo conjux S. Juliani martyris virgines plurimas congregavit, de qua ibi fuit, & S. Rippimis virgo, & martyr in Monasterio sub Præfecta Gajata degebat; & S. Febronia virgo pariter, & martyr Sibapoli in Monasterio sub Præfecta Brienna. Quare S. Ignatius epist. 5. ad Philipp. *Salute*, inquit, *congregationem virginum*, quasi in communi vitam ducentium: ut propterea Baronius tomo 7. Annal. ad annum Christi 52. hujusmodi Virginum Collegia, seu congregationes dicit fuisse eo modo, quo apud nos monasteria. Idem quoque Ignatius indicat eas votum vir-

*Exod. 38.*  
*1. Reg. 2.*  
*Luc. 2.*  
*2. Mach. 10.*  
*Matth. 19.*  
*Exod. 15.*  
*Apoc. 14.*  
*S. Martha*  
*virgine.*  
*Siphigenia*  
*plurim*  
*marum*  
*virginum*  
*mater.*  
*S. Basilissa*  
*multarum*  
*virginum*  
*mater.*  
*S. Rippima*  
*virg. &*  
*martyr.*  
*S. Febronia*  
*virgo*  
*& martyr.*  
*S. Ignat.*  
*Baronius.*





tum virginitatis nuncupasse: nam epist. 9. ad Antiochenes. Virgines agnoscant, cui se ipsas consecrarunt.

Caribus.

Maneat igitur dictum illud Carthusiani vero esse perquam simile.

### OBSEQUIA IN VIRGINIS DEIPARÆ honoram exhibenda.

#### CAPUT XXXVIII.

##### S Y M M A R I V M.

Deipara precibus invocanda, & quomodo. n. 2.  
Missæ de Deipara eidem grata. num. 6.  
Preces. quæ pro cuiusq; pietate recitari possunt. n. 8.  
Ratio commendandi se beatissima Dei genitrici tum mane, tum vespere. num. 9.  
Deipara salutanda in ingressu, & egressu à domo. num. 10.  
Deipara templa adoranda, Imagines colenda, festa ejus præparatio aliqua præsumenda, præces item in ejus honorem fundenda, præsertim salutatatio Angelica. num. 11.  
Quanam per priuatas preces præparatio ad Deipara festa pie colenda fieri possit. num. 12.  
Exempla eorum, qui peculiare preces Deipara offerre consueverunt. num. 16.  
Exempla de salutatione Angelica. num. 17.  
Deipara militem quotidie salutationem Angelicam recitantem à dæmone quatuordecim annos seruat. num. 22.

B. Virgo  
obsequijs  
colenda

**S**extum, quod ad devotionem erga Virginem exercendam requiri diximus, sunt obsequia, quæ in ejus honorem præstare debemus: ut enim devotio nostra non sit sterilis, ipsius operibus comprobanda erit, juxta illud 1. Joann. 3. *Filioli non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate.* & ipse Aristoteles in 1. Rhetor. cap. 17. cum personas recensisset, quibus honor est impendendus, statim subiicit, quibus nam rebus honor exhibeatur his

Ex Aristot. verbis: *Partes honoris sunt sacrificia, monumenta quibus ea, & veribus, & sine veribus: præmia, lucra, prædæ, rebus cessiones, sepulchra, statuae, victus publici, & quæ honoribus Barbari utuntur, ut adorationes, conspectus habeatur. euitationes, munera quæ apud singulos gentes præstiosa sunt.* hæc ille.

Ex quo inferitur, vel apud Ethnicos honoris refectionem obsequijs declarari solitam. Obsequia porro Virgini impendenda ad tria

genera revocari possunt. Primum est ejus invocatio per preces quibus eam tum laudamus, tum etiam ut nostris necessitatibus subvenire dignetur, oramus. Secundum, quæ ad carnis castigationem, & mortificationem. Tertium, quæ ad charitatis erga proximum, & misericordiam tum spiritualis, tum corporalis opera pertinent. Omitto in præfenti inter hæc pietatis opera, unum recensere, quod hæc tria ferè complectitur, & virgini acceptissimum, atque unicuique utilissimum esse experientia docuit; alicui nimirum Congregationi, seu sodalitati, seu B. Virginis nomen dare; ad illius regularum præscriptum vitam instituire, statim diebus ad conventus sodalium convenire: sed ea de re plenius cap. 40.

Cæterum de tribus illis singillatim nonnulla dicamus, non quod omnia, quæ hic proponimus à singulis præstenda fiat, sed ut quilibet ea, quæ Virgini magis grata, & animæ suæ salutari magis utilia, quæque sibi, suisque virtutibus, & honestis occupationibus magis congrue videbuntur diligat.

### DEIPARA PRECIBVS INVOCAN- da, & quomodo.

**E**T quod ad Deiparæ laudes, & invocacionem attinet, Sanctus Ildesontus sermone 1. de Assumptione: *Inuitat, inquit, nos sanctorum Prophetarum chorus, immo & sapientia Dei Patris, inuitat nos Spiritus sanctus. Ante horum, inquit, hujus Virginis frequentare dulcia Cantica Dramaticæ. Dramaion enim genus est Dramæ carminis, quo genere Cantica canticorum edita leguntur, & jubemur, ut charissis amplius commendentur eo genere canendi, dulcia cantica in hujus honorem Virginis frequentare, ubi interdum Angeli canentes celebrant laudes. Idem Ildesontus sermone 2. Hujus Virginis, inquit, animam Dominum magnificanti glorificemus, quoniam ante hac est anima illa beata, per quam Auditor vita ingressus est mundum, per quam omnia male dictio sollicita est primorum parentum, & celestis benedictio venit in toto mundo sic Ildesontus. Ipsa verò Ecclesia fideles omnes ad laudandam Deiparam magna cum cordis lætitia in festis beatæ Virginis his verbis in Ecclesiastico officio inuitat: *Corde, & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ & rursus: Cum jucunditate Conceptionem Beatæ Mariæ celebremus.**